



MEDICAMENTA CHEMICA.

CLASSIS PRIMA VEGETABILIVM PRAE- PARATIONES CHEMICAЕ.

SECTIO I.

OLEA DESTILLATA,

Oleum absinthii.

℞ **H**erb. absinthii leniter in umbra siccat. et
conciſſ. q. v.

Aquae fontanae q. ſ. vt herba commodè in-
natare poſſit.

Salis marini q. ſ. ad lenem ſalfedinem.

*Maceratio fiat per aliquod dies; dein deſtillan-
dum per veſicam, igne paulo intenſiore quam qui
aquis deſtillandis adhibetur. Oleum ab aqua ſepa-
retur ſ. a.*

Oleum

Oleum herb. menthae,
origani,
pulegii,
sabinae,
rorismarini cum flor.
rutae cum seminibus,
flor. laeundulae,
sem. anisi,
carui,
foeniculi,
bacc. iuniperi,
cort. limonum,
lign. rhodii,
sassaphras,
caryophyllorum aromat.
cinnamomi,
nucis moschatae,
piperis iamaicensis,

eodem fere modo destillantur. Semina vero et
 aromata contundi, et ligna radi debent ante ma-
 terationem. Tempus macerationis pro ratione
 texturae et compagis varium erit. Tenerrima

H

vix

vix ullam, tenuia molliaque duarum triumue dierum, viscosa langiorem requirunt macerationem. Quo diutius protrahitur maceratio, eo maior addenda est salis marini copia. Viscosis breviori tempore oleum elici potest, si leni fermentationi et non nimis diu protractae subiiciantur, quo casu salis mixtura inutilis est.

Oleum terebinthinae.

℞ Terebinthinae q. v.

Aquae fontanae quadruplum vel q. f.

Destillando ex vesica obtinetur oleum limpidum.

Post euaporatam aquam relinquitur in fundo refina nigra seu colophonia, quae vel pro usu sic servatur, vel ex retorta destillata praebet oleum flavum; dein nigro-rubicundum, quod balsamum terebinthinae vocatur.

Oleum guaiaci.

℞ Ligni guaiaci in scobem redacti q. v.

Indatur retortae terreae vel vitreae, et per gradus ex igne aperto vel arena destilletur. Exibit primo liquor acidus, tum oleum leve rubicundum; tandem, ultimo ignis gradu, oleum crassum nigrum, fundum liquoris petens.

Ex quibusvis lignis eodem modo eliciuntur olea.

Flores benzoini.

℞ Benzoini triti q. v.

Iniiciatur in ollam vitreatam, cuius orae adaptato cucullo chartaceo coniformi subiice lenem ignem, ut flores sublimentur. Repetatur operatio quamdiu oleo non inquinatur charta.

SECTIO



SECTIO II.

EXTRACTA et RESINAE.

Extractum plantaginis.

℞ Succi plantaginis q. v.

Depuretur quiete, filtro, vel, admisto oui albumine; dein euaporetur in B. A. ad spissitudinem mellis.

Eodem modo sunt extracta ex omnibus plantis acidis, frigidis, succulentis et stypticis.

Extractum absinthii.

℞ Herb. absinthii siccata. q. v.

Aquae fontanae q. f.

Coque, aquam recentem affundendo, donec omnem vim herba decocto impertiuerit. Decoctum, per pannum laneum colatum, euaporet in B. A. ad mellis spissitudinem.

*Extract. rad. gentianae,
bellebori nigri,
herb. centaurii minoris,
flor. chamaemeli,*

eodem modo parantur, ut et extracta ex omnibus aromaticis fixis.

H 2

Extra-

Extractum ialappae.

℞ Rad. ialappae optime contus. q. v.

Affunde

Spiritum vini rectificatum ad supereminentiam quatuor digitorum.

Extrabe tincturam in B. A. qua effusa, adde magnati residuo

Aquae fontanae q. f.

Coque per horam. Decoctum, per pannum laneum traiectum, euapora ad mellis spissitudinem, sub finem admiscendo paulatim tincturam et agitando assidue, ut massa sit uniformis sine grumis. E tinctura vero, ante admistionem, magnam spiritus partem destillatione obtinere proderit.

*Extract. cort. Peruviani,
lign. Campechensis.*

eodem modo parantur, ut etiam ex omnibus resinosis.

Extractum, vulgo succus, glycyrrhizae optimum aduehitur ex Hispania.

Resina ialappae.

℞ Rad. ialappae optime contus. q. v.

Affunde

Spir. vini rectificatum ad supereminentiam quatuor digitorum.

Digere in B. A. et tinctura extrahatur, quae filtrata

*filtrata destilletur leni calore ex cucurbita vitrea
ad medias; residuo affunde*

Aquae fontanae q. f.

*In fundum praecipitabitur resina, quae, in tabel-
las diuisa, siccetur calore lenissimo.*

*Resina guaiaci,
cort. Peruuiani,
scammonii,*

eodem modo parantur.

*Resina guaiaci commodius fit e gummi guaiaci
quam e ligno.*





SECTIO III.

SALIA ESSENTIALIA et FIXA, TARTARIQUE PRAEPARATIONES.

Sal essentielle acetosae.

℞ Succī acetosae per subsidentiam depurati
q. v.

Euaporetur ita, ut tertia pars remaneat, dein per pannum laneum colatus, exhalet ad pelliculam. Immittatur vasi vitreo, et olei oliuarum parum affundatur superficiei: reponatur in cella donec copiosae appareant crystalli, aqua fontana leniter abluendae et exsiccandae.

Eodem modo parantur salia ex omnibus plantis acidis, austeris, adstringentibus et amarulentis paucis oleo gaudentibus.

Herbae natura sicciores inter contusionem irrorentur pauxillo aquae, ut succus facilius exeat sub prelo.

Harum plantarum aquae, quae frustra destillatione eliciuntur, confici possunt soluendo salis essentialis q. s. in aqua fontana.

Sal

Sal fixum absinthii.

℞ Herbae absinthii recentis vel leniter siccatae

q. v.

Leni igne in sartagine redigatur in cineres albos, ex quibus, cum

Aquae fontanae q. f.

coctis, fiat lixiuium; quod filtratum lento igne evaporet in fuscum, cauendo ne vasis lateribus adhaerescat. Solutione, filtratione et coagulatione, aliquoties iteratis, obtinetur sal purum et album.

*Sal fabarum stipitum,
genistae etc.*

eodem sunt modo.

Crystalli tartari.

℞ Tartari albi triti q. v.

Soluatur coquendo ex

Aquae fontanae vigecuplo.

Solutio dum adhuc feruet, per chartam bibulam vel pannum laneum coletur in vas ligneum: dein per noctem, aut diutius, frigori exponatur, ut vasis lateribus accrescant crystalli, quae effusa aqua, colligantur et exsiccentur. Ab his non differt.

Cremor tartari.

℞ Solutionis tartari (ut supra) colatae q. v.

Ebulliat ad ignem, donec in superficie emergat cuticula densa, cochleari ligneo perforato detrahenda: tum coque, donec noua cuticula appareat, quam detrahe, sicque deinceps pergito, donec cuticula non amplius appareat. Tandem cuticulas exsiccata ad solem.

Crystalli et cremor tartari aliunde ad nos adferuntur, quibus non cedit tartarus albus purus, praecipue ex vino Rhenano, sine ulla praeparatione.

Sal tartari.

℞ Tartari albi q. v.

Chartae bibulae madefactae inuolutus, et in ignem reuerberii iniectus, calcinetur donec albiissimus euadat: tum in aqua calida solutus filtretur, et in vase ferreo mundo exhalet, donec instar niuis sal albiissimum et siccissimum restet, sub finem perpetuo agitandum cochleari ferreo, ne fundo vasis adhaerescat.

Si sal tartari fortius expetatur, sal album in crucibulo, igne vehementissimo fusum, reuerberetur per horas aliquot, donec subuiridem vel caeruleum acquisierit colorem.

Liqua-

*Liquamen salis tartari, vulgo oleum
per deliquium dictum.*

℞ Salis tartari q. v.

Vase vitreo, humili et lato exceptum, per dies aliquot in loco humido exponatur aëri, ut solvatur in liquorem, quī vasis inclinatione a facibus separetur. Quo sal fortius calcinatur, eo facilius liquefit.

Tartarus vitriolatus.

℞ Olei vitrioli, aequali copia aquae calidae diluti q. v.

Immitte in vas vitreum capax; et paullatim instilla

Olei tartari per deliquium q. s.

i. e. donec nulla amplius appareat effervescencia: liquor, per filtrum depuratus, exhalet ad pelliculam, ut in frigore repositus crystallos praebeat.

Tartarus solubilis.

℞ Crystallorum tartari q. v.

Coque ad perfectam solutionem ex

Aquae fontanae decuplo.

Solutioni bullienti instilla paullatim

Olei tartari per deliquium q. s.

i. e. donec cesset effervescencia. Liquor, calidus adhuc, filtratus, euaporetur ad pelliculam, ut crystalli in frigore concrevant.

H 5

Tartarus

Tartarus regeneratus.

℞ Salis tartari, sicci, triti q. v.

Immitte in vas vitreum capax, et affunde sensim saepe agitato vase,

Spiritus aceti q. f.

ad saturationem. Liquor filtratus exhalet igne lenissimo ad siccitatem, cauendo ne empyreuma contrahat. Sali residuo affunde de nouo

Spiritus aceti q. f.

*ad saturationem. Depuratus liquor caute exsic-
cetur in salem.*

Lapis septicus, seu cauterium potentiale.

℞ Cineris clauellati,

Calcis viuae ana p. ae.

Aquae fontanae triplum ad vtriusque pondus.

*Macera per biduum, subinde agitando. Lixi-
vium filtratum exhalet ad siccitatem, et massa,
crucibulo immissa, detineatur in igne vehementissi-
mo, donec instar olei fluat, effusa dein in laminam
planam, calefactam, secetur, dum adhuc lentescit,
in frustula idoneae molis et figurae, in vase vi-
treo bene obturato seruanda.*



CLASSIS



CLASSIS SECVNDA.
ANIMALIVM PRAEPA-
RATIONES CHEMICAЕ.

Spiritus, sal, et oleum cornu cerui.

℞ Cornuum cerui in frustula confractorum
q. v.

Indantur ollae ferreae capaci cum capitello terreo, et, adaptato recipiente amplo, iuncturisque lutatis, instituaturn destillatio per gradus in igne aperto. Ascendit primo phlegma, tum spiritus, postea sal volatile cum oleo primum flavescente, dein, protracta destillatione, rubescente ac vergente ad nigredinem. In fundo remanet cornu nigrum, quod, igne aperto exustum ad candorem usque, dicitur cornu cerui calcinatum.

Omnia e recipiente effusa hoc modo separantur.

Oleum a phlegmate et spiritu separatur filtrando: haec enim transeunt, oleumque in charta relinquunt.

Spiritus a phlegmate separatur destillando ex alto vase, leni igne: ascendit spiritus, manente phlegmate.

Spiritus

Spiritus in salem et phlegma diuiditur, si ex alta admodum et angusta cucurbita fiat sublimatio. Sal siccus adhaeret capitello, phlegma in fundo relinquitur.

Sal ab oleo secernitur, si cum cinerum clauellatorum duplo fiat sublimatio, retinetur quippe oleum, sale in sublime raptum.

Spiritus quoque purior obtinetur, si singulis libris addantur cinerum clauellatorum unciae duae, et destillatio fiat ex retorta vitrea. Cineres, aperto igni expositi, expulso oleo, purificantur.

Spiritus, sal, et oleum ex quibuscunque animalium partibus solidis eodem modo destillantur.

Sal ammoniacum.

aliunde ad nos adfertur.

Spiritus salis ammoniaci.

*Rx Salis ammoniaci,
tartari ana p. aequ.*

Separatim trita et mixta iniiciantur in retortam vitream. Affunde paullatim

*Aquae fontanae q. s.
ad soluenda salia.*

Fiat destillatio per gradus ex arena, donec sal in recipiente concretum a destillante humore soluat, cauendo ne diutius protrahatur destillatio. Si subducatur recipiens antequam ascendat humor, obtinetur.

Sal ammoniacum volatile.

Flor

Flos salis ammoniaci.

℞ Salis ammoniaci sicci triti q. v.

Indatur cucurbitae terreae, cui adaptato capitulo caeco, fiat sublimatio florum igne sensim aucto.

Spiritus Mindereri.

℞ Salis ammoniaci volatilis q. v.

Paullatim instilla, subinde agitando,

Spiritus aceti q. f.

i. e. donec cesset efferuescentia.

Oleum cerae.

℞ Cerae flavae q. v.

Lique scat cum

Arenae duplo.

Immitte retortae, et destilla ex arena. Exit primo liquor acidus dein oleum crassum collo retortae adhaerens, nisi, carbone viuo admoto, caleat. Rectificatur in oleum tenue, si aliquoties destilletur per se ex arena.



CLASSIS.



CLASSIS TERTIA.
MINERALIVM PRAEPA-
RATIONES CHEMICAE.

SECTIO I.

SALIVM PRAEPARATIO-
NES.

Spiritus salis marini.

℞ **S**alis marini decrepitati libras duas.

Immitte retortae vitreae, et sensim affunde

*Olei vitrioli, aequali copia aquae calidae di-
luti, libram vnam.*

Destilla ex arena, igne sensim aucto, ad siccitatem.

Spiritus hic rectificatur, si, cucurbitae vitreae immisus, adaptatis capitello et recipiente, destillationi subiiciatur e B. M. ut eliciatur phlegma, relicto spiritu.

Sal

Sal catharticum Glauberi.

℞ Residuum a destillatione spiritus salis.

Solve in aquae fontanae q. s. solutionem filtra, et euapora ad pelliculam, ut in frigore reposita crystallos praebeat, quae, si nimis acres fuerint, noua solutione et crystallisatione mitescant.

Spiritus salis dulcis.

℞ Spir. vini rectificati partes tres.

Immitte phialae capaci, et affunde sensim

Spir. salis rectificati partem vnam.

Digere per dies aliquot, dein destilla ex arena, cauendo, ne sub finem retorta nimio disruptur calore.

Sal prunellae.

℞ Nitri purissimi libras duas.

Fuso in crucibulo paulatim insperge

Florum sulphuris vnciam vnam.

Deflagratione peracta, effunde sal fustum in modiolos abeneos, mundos, siccos et calidos, ut fiant lamellae.

Sal polycrestum.

℞ Nitri puluerati,

Florum sulphuris ana p. aequ.

Optime commixta iniice paulatim in crucibulum ignitum. Cessante deflagratione, detineatur
in

in igne per horam. Depuratur sal solvendo in aqua calida, filtrando et euaporando ad siccitatem, vel etiam crystallisatione.

Spiritus nitri.

Destillatur ex nitro eodem modo, quo spiritus salis.

Spiritus nitri dulcis.

Fit ex spiritu nitri eodem modo, quo spiritus salis dulcis.

Aqua fortis simplex.

℞ Vitrioli ad albedinem calcinati partes duas.
Nitri puluerati partem vnam.

Exacte mixta indantur retortae terreae ad duas tertias; adaptato recipiente amplissimo, destilletur ut spiritus salis.

Aqua fortis duplex.

℞ Vitrioli viridis ad albedinem calcinati,
Nitri puluerati,
Argillae ficcatae et pulu. ana p. aequ.

Bene commixta immittantur retortae terreae ut ad duas tertias impleatur. Destilletur aqua ut prior.

Aqua

Aqua regia.

℞ Salis ammoniaci triti vnciam vnam.

In cucurbita ampla paulatim admisce

Spiritus nitri, *vel aquae fortis duplicis, vncias quatuor.*

Stent in arena donec sal omnino sit dissolutum.

Vitriolum calcinatum.

℞ Vitrioli viridis puluerati q. v.

In vase fictili non vitreato in albedinem redigatur igne modico, fortiter semper agitando, ne adhaerescat et lapidescat.

Si igne vehementi vrgeatur, transit in substantiam ruberrimam, quae colcothar vitrioli dicitur.

Vitriolum purificatum, vulgo Gilla vitrioli.

℞ Vitrioli albi q. v.

Solue in

Aquae fontanae calentis q. f.

Solutio filtrata euaporetur ad tertiae partis remanentiam, et in loco frigido relinquatur, ut vas lateribus accrescant crystalli, in sole exsiccandae. Reiteretur euaporatio donec crystalli non amplius appareant.

Simili modo purificantur

Sal ammoniacum et nitrum, cauendo ne nimis diu protrahatur crystallisatio in purificando nitro.

*Spiritus et oleum, ita dictum,
vitrioli,*

℞ Vitrioli viridis ad leuem flauedinem calcinati et puluerati q. v.

Retortae terreae iniectum, ad dimidii repletionem, collocetur in reuerberatorio; adaptato dein recipiente amplissimo et commissuris rite lutatis, destilletur igne gradatim usque ad summum aucto, qui continuetur quamdiu vapores ascendunt.

Phlegma, spiritus et oleum per retortam ex arena separantur. Phlegma enim (quod paululum erit, si vitriolum rite fuerit calcinatum) leni igne, spiritus fortiore ascendit, oleum, minus proprie ita vocatum, in fundo haeret. Quod à prima destillatione in retorta manet, colcothar appellatur.

Spiritus vitrioli dulcis.

℞ Spiritus vini rectificati libras quatuor.

Adde paullatim, caute instillando,

Olei vitrioli libram vnam.

Digere, in matraccio clauso, lenissimo arenae calore per octo dies; dein fiat destillatio, lento calore, donec globuli oleosi in collo retortae apparere incipiant. Spiritui destillato, adde et, agitato vase immisce.

Aquae fontanae quantitatem aequalem (nempe mensura) in cuius singulis libris soluta fuerit salis tartari drachma vna.

Destilla leni calore quamdiu prodit spiritus.

Spiritus

Spiritus aethereus.

℞ Spiritus vitrioli dulcis.

Aquae fontanae sale tartari, *ut supra*, saturatae ana p. aequ.

Misce agitatione vasis, et quiete facta spiritus aethereus supernatans separetur.

Spiritus vitrioli dulcis rectificatione recuperatur.

Ens Veneris.

℞ Colcotharis vitrioli caerulei, aqua probe edulcorati et exsiccati,

Salis ammoniaci p. aequ.

In pulverem seorsim redigantur, dein mixta indantur cucurbitae terreae ad tertiās, eaque in igne aperto posita, cum capitello vitreo caeco, adhibeatur sub initio ignis lenis, qui sensim ad augēatur, quousque flores ex luteo rubentes ascendant. Refrigerato vase, penna diligenter colligantur.

Magnesia alba.

℞ Salis cathartici amari q. v.

Solve ex

Aquae fontanae q. f.

Solutioni filtratae adde

Lixiuii cinerum clauellatorum filtrati q. f.

ut praecipitetur pulvis albus, qui, abiecto liquore supernatante, iterata affusione aquae calidae et frigidae diligenter abluatur et exsicceetur.

Hepar sulphuris.

℞ Flor. sulphuris vncias tres.

*Liquefactis in patella terrea adice paulatim,
sub camino,*

Salis tartari fescunciam,
*assidue agitando spatula, donec massa rubescat, ca-
uendo ne accendantur.*

Lac sulphuris.

℞ Hepatis sulphuris triti q. v.

Aquae fontanae quadruplum.

*Coque per tres horas, addendo aquam, si opus
sit; liquor feruidus per filtrum depuretur, cui
instilla*

Spiritus vitrioli q. f.

*i. e. donec cesset efferuescentia. Puluis praecipi-
tatus abluatur aqua calida et exsicceetur.*

Balsamum sulphuris crassum.

℞ Olei lini libram vnam.

Florum sulphuris vncias quatuor.

*Coque leni igne, in vase amplo assidue agitan-
do, vt coeant in balsamum.*

Balsamum sulphuris terebinthinatum.

℞ Flor. sulphuris vncias duas.

Olei terebinthinae vncias decem.

*Digere in arena, donec oleum sulphure satura-
tum fuerit.*

Balsamum sulphuris anisatum.

℞ Flor. sulphuris vncias duas.
 Olei terebinthinae vncias sex.
 still. anisi vncias quatuor.

Digero ut supra.

Sal volatile, spiritus et oleum succini.

℞ Succini triti in puluerem,
 Arenae mundatae ana p. aequ.

Commixta iniiciantur retortae vitreae, ut dimidium impleatur. Adaptato recipiente amplo fiat destillatio in arena, igne gradatim aucto. Primo extillabit spiritus cum paucio oleo flauo, dein oleum flauum cum paucio sale, tertio demum ignis gradu plus salis cum oleo subrubro. Liqueur ex recipiente effundatur, et sal a lateribus collectus, atque inter plicas chartae emporcticae compressus, exsicceur; tum spiritus ab oleo per filtrum vel infundibuli rostrum angustum separetur. Oleum cum muria salis marini destillatum ex cucurbita vitrea dat

*Oleum succini rectificatum,
 Parte crassiore in fundo vasis relictæ.*

Sal succini rectificatum.

℞ Salis succini prioris destillationis q. v.
 marini decrepitati duplum.

Contrita indantur cucurbitae vitreae altae et angustae, adaptato dein capitello caeco fiat sublimatio salis albi flocculenti, cauendo ne ascendat oleum. Frigefacto vase sal abstergatur pluma

SECTIO



SECTIO III.

METALLORVM PRAEPA- RATIONES.

Causticum Lunare, seu lapis infernalis.

℞ Argenti probe cupellati, in laminas ex-
tensi et conscissi q. v.

Solvatur in phiala ex arena cum

Spiritus nitri triplo.

*Solutio euaporetur ad siccitatem. Tum calx
immittatur crucibulo amplo. Sit ignis primo
mitis, sensim augendus, donec massa fluat instar
olei, nec amplius fumet: tum infundatur fistulis
ferreis (ad id paratis) calefactis et seuo inunctis.
Exsicceetur lapis, et seruetur in vitro optime
clauso.*

Calx louis.

℞ Stanni q. v.

*Liquefiat in vase victili, non vitreato, et assidue
agitetur spathula ferrea donec in calcem abeat.*

I 4

Sal

Sal Iouis.

℞ Calcis Iouis libram vnam.

Aquae regiae, cum aquae fontanae sextuplo dilutae, vncias quatuor.

Digere in arena per biduum; tum post vasis agitationem et calcis ponderosioris subsidentiam effunde liquorem turbidum, qui exhalet fere ad siccitatem. Massa chartae emporeticae imposita exsiccetur. Calci residuae affunde dimidium liquoris soluentis, et perge vt supra.

Minium.

℞ Plumbi q. v.

Fundatur in vase victili non vitreato, agitando spatula ferrea donec abeat in puluerem primo subnigrum, postea flauum, tandem ruberrimum, qui minium dicitur, cauendo ne igne vehementiore in massam vitream abeat,

Cerussa.

℞ Laminarum tenuissimarum plumbi q. v.

Suspendantur in vase victili, in cuius fundo sit Aceti q. f,

vt vapor ab aceto eleuatus laminas circumeat; digere in fimo equino per dies viginti, tumque abradatur puluis albus, et laminarum quod superest rursus aceti vaporibus exponatur, donec in puluerem omnino facessant.

Saccha-

Saccharum Saturni.

℞ Cerussae q. v.

Immittatur cucurbitae, et affunde

Aceti destillati q. s. ad supereminentiam quatuor digitorum.

Digere in arena dies aliquot, donec acetum dulcescat: post subsidentiam separetur, nouumque toties affundatur, donec acetum dulcedine vacuum deprehendatur: tum liquorum omnium, per subsidentiam depuratorum, in vase vitreo fiat euaporatio ad spissitudinem mellis liquidioris, ut in loco frigido concrecant crystalli in umbra siccandae.

Reliquum ad cuticulam exhalet, et reponatur in frigido, ut nouae concrecant crystalli; totiesque iteretur euaporatio, donec nullae amplius appareant.

Mars solubilis, seu chalybs tartarificatus.

℞ Limaturae Martis sine praep.

Crystallorum tartari ana. p. aequ.

Aquae pluuiialis q. s.

ut formetur massa in B. A. exsiccanda, quae dein trita, madefacta, et exsiccata aliquoties, fatiscit tandem in puluerem impalpabilem.

Mars sulphuratus.

℞ Limaturae Martis sine praep. q. v.

Flor. sulphuris pondus duplum.

Aquae fontanae q. s.

ut fiat pasta, quae per sex horas in quiete maneat,
ut intumescat. Dein trita et crusibulo paullatim
immissa deflagret, assidue agitando spatula ferrea,
ut faceat in puluerem nigerrimum.

Si ulterius igne urgetur, rubedinem contrahit,
diciturque

Crocus Martis aperiens.

Qui, rursus igne vehementissimo diu reuerbera-
tus, appellatur

Crocus Martis astringens.

Vtriusque croci vicem supplere potest colcothar
vitrioli.

Vitriolum Martis, seu sal chalybis.

℞ Limaturae ferri sine praep. vncias tres.

Sensim et caute affunde

Olei vitrioli, aequali copia aquae calidae di-
luti, vncias quatuor.

Digere in cucurbita per horas duodecim, ut fiat
solutio, quae calide filtrata ad cuticulam euapore-
tur, et reponatur in loco frigido, ut vitriolum in
fundo concreseat. Denuo liquor supernatans ad
cuticulam exhalet et reponatur. Crystalli omnes
collectae super chartam exsiccentur in umbra.

SECTIO



SECTIO IV.

MINERALIVM METALLI- CORVM PRAEPARATIO- NES.

Mercurii solutio.

℞ Hydrargyri,
Aquaе fortis dupl. ana p. aequ.

*Digere in phiala super arenam, ut fiat solutio
limpida.*

Mercurii calx.

℞ Solutiones Mercurii q. v.

*Lento igne euaporetur in massam albam et
siccam.*

Mercurius sublimatus corrosiuus.

℞ Calcis Mercurii,

Salis marini decrepitati ana p. aequ.

*Puluerata et mixta indantur phialae ad medias
fere, et ex arena, primum leni igne, dein sensim
aucto,*

aucto, fiat sublimatio in massam crystallinam, albam, ad superiora phialae undequaque haerentem, a scoriis rubris separandam. Iterata sublimatione, si opus sit, purificatur.

Mercurius sublimatus dulcis.

℞ Mercurii sublimati corrosivi (in mortario vitreo triti) uncias quatuor.

Hydrargyri uncias tres.

Triturentur diu in mortario vitreo vel marmoreo (euitato pulvere volatili), donec Mercurius viuis non amplius appareat. Iniiciatur pulvis in phialam oblongam, quae ad tertiam tantum partem impleatur; collocetur ad medietatem in arena, sic successiuis ignis gradibus totus fere Mercurius sublimabitur, supernaeque phialae parti undique adhaerescet. Confracta phiala, atque reiectis pulvere rubente circa fundum, et albicante circa collum, Mercurius albus rursus ter aut quater sublimetur.

Mercurius praecipitatus albus.

℞ Mercurii sublimati corrosivi q. v.

Aquae fontanae calidae q. f.

Fiat solutio, cui instilla paulatim

Spir. falis ammoniaci q. f.

z. e. donec cesset praecipitari pulvis albus, qui in filtro saepius abluatur aqua calida.

Mercurius

Mercurius calcinatus, vulgo praecipitatus ruber.

℞ Calcis Mercurii. q. v.

In crucibulo gradatim reuerberetur. Mutatur primo ex albo in fuscum, tum in flauum, tandem aucto igne transit in puluerem ruberrimum.

Mercurius praecipitatus viridis.

℞ Mercurii sublimati corrosiui; triti vncias quatuor.

Aquae fontanae calidae libras duas.

Fiat solutio.

Limaturae cupri fescunciam.

Spir. salis ammoniaci vncias octo.

Fiat digestio in matraccio, donec extrahatur tinctura sature caerulea, quam filtratam instilla paulatim solutioni mercuriali. Praecipitatione peracta, fiat euaporatio in B. A. ad siccitatem.

Mercurius praecipitatus flauus, vulgo Turpethum minerale.

℞ Hydrargyri vncias quatuor.

Olei vitrioli vncias quatuor.

Caute commixta in retorta vitrea destillantur ex arena ad siccitatem. Calx alba, in fundo relicta, trita proiciatur in aquam tepidam et illico flauescit. Crebris ablutionibus ab omni acrimonia liberetur, et exsicceetur.

Mer-

Mercurius saccharatus.

℞ Hydrargyri,
Sacchari candi rubri ana semunciam.

Ol. still. Iuniperi guttas sedecim.

Tere simul in mortario vitreo donec penitus evanescant globuli.

Aethiops mineralis.

℞ Hydrargyri,
Flor. sulphuris ana p. aequ.

Agitentur, in mortario vitreo, pistillo vitreo, donec globuli mercuriales visum penitus effugiant. Fit quoque cum duplici Mercurio.

Cinnabaris factitia.

℞ Flor. sulphuris libram vnam.

Fluant leni igne in vase ferreo capace, et adde paulatim

Hydrargyri calefacti libras tres cum semisse, agitando assidue spathula ferrea, ut mixtura perficiatur. Mox adaptetur operculum ligneum, ne flammam concipiat materia, quae, nondum frigidata, teratur in pulverem, et fiat sublimatio s. a.

Crocus antimonii, vulgo metallorum.

℞ Antimonii,
Nitri ana p. aequ.

Separatim trita et optime mixta iniiciantur paulatim crucibulo candenti: peracta detonatione

tionem materia metallica rubescens a crusta albicante separetur, et teratur in puluerem, qui edulcoretur saepius abluendo aqua calida.

Antimonium diaphoreticum nitratum.

℞ Antimonii selibram.

Nitri sesquilibram.

Seorsim puluerata et commixta cochleatim in crucibulum candens iniiciantur. Finita detonatione, massa alba in igne per semihoram calcinetur. Puluis seruetur in vitro bene obturato

Antimonium diaphoreticum lotum.

Antimonium diaphoreticum nitratum saepius abluatur aqua, donec inspida prodeat.

Loturae omnes commixtae, filtratae, et leni igne euaporatae ad cuticulam, in frigore praebent.

Nitrum stibiatum.

Regulus antimonii medicinalis.

℞ Antimonii vncias quinque.

Salis marini vncias quatuor.

tartari vnciam vnam.

Trita in puluerem et commixta iniiciantur partitis vicibus in crucibulum candens, subinde disrumpendo crustam virga ferrea. Fusione perfecta, effundatur mixtura in conum fusorium calefactum, subinde agitandum, ut regulus fundum petat,

petat, qui post debitam refrigerationem separatur a scoriis superiectis, et teratur in pulverem in phiala clausa servandum.

Sulphur auratum antimonii.

℞ Lixivii saponis libras quatuor.

Aquae fontanae libras tres.

Bulliant simul in olla ferrea, tum iniice partitis vicibus

Antimonii in pulverem triti libras duas, assidue agitando spatula ferrea per tres horas super ignem lentum, et addendo plus aquae. Lixivium calidum, sulphure foetum, coletur per pannum laneum, et colaturae calenti adhuc instilletur paulatim

Spiritus nitri aequali copia aquae diluti q. s. ut praecipitetur sulphur, aqua calida diligenter abluendum.

Si liquor residuus, a sulphure praecipitato, per filtrum depuratus, exhaletur ad pelliculam, et reponatur in loco frigido, praebet sub forma crystallorum

Nitrum stibiatum.

Butyrum antimonii.

℞ Antimonii p. i.

Mercurii sublimati corrosivi p. ii.

Conterantur primum seorsim, tum accurate misceantur, vapores summa cautela cuitando.

Indan-

Indantur retortae vitreae loricatae, lati brevisque colli, ad medias: adaptato recipiente, instruatur ex arena ignis, primo lenis, ut ros tantum exstillet; tum, aucto igne, manabit liquor oleosus, collo retortae instar glaciei adhaerens, carbone viuo caute admoto liquefcendus. Materies haec oleosa rectificatur per retortam vitream in liquorem pellucidum.

Cinnabaris antimonii.

Quamprimum vapores rubri in priore processu ascendere incipiunt, mutetur recipiens, iuncturis non lulatis; augeatur ignis donec incandescat retorta, et intra horam vnā alteramve totus puluis niger sublimabitur, calore in rubicundum mutato. Effringe retortam, in cuius collo reperietur cinnabaris a scoriis nigris diligenter separanda.

Vitrum antimonii.

℞ Antimonii in puluerem triti libram vnam.

Calcinetur igne leni in vase figulino vitri ex parte, spatula ferrea assidue agitando, donec, fumo cessante, abeat in puluerem griseum. Puluis ille, igne violento liquefactus in crucibulo, effundatur supra patinam aeneam calefactam.

Vitrum antimonii ceratum.

℞ Cerae flavae drachmam vnam.

Liquefactae in vase ferreo iniice

Vitri antimonii in pulverem triti vnciam
vnam.

*Detine super ignem lenem ad horam dimidiam,
spathula assidue agitando, dein effunde materiam
in chartam, quae frigefacta terenda est in pul-
uerem.*

Tartarus emeticus.

℞ Cemoris tartari vncias quatuor.


Vitri antimonii triti vncias duas.

Coque ex

Aquae fontanae libris quatuor
*per horas decem, agitando spathula saepius, et
addendo plus aquae, ut opus erit. Solutionem
calidam filtra et euapora ad siccitatem, aut ad
pelliculam, ut concresecant crystalli.*

Fit eodem modo ex croco metallorum dicto.

F I N I S.



INDEX